

dum communem extinctionem non excedant, necnon iis, quorum beneficiorum fructus in quotidianis distributionibus consistunt, qui pro tertia illarum parte tantum conferre debeant, dumtaxat exceptis, quam cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinis, Congregationis, ac societatis etiam necessario exprimentorum, ac etiam duodecim illarum Congregationum, quæ cum Camera Apostolica tempore fel. rec. Pii Papæ V. Prædecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt, ac quarumcumque Militiarum, etiam Sancti Iohannis Hierosolymitani regularibus, ac Seminariorum, & Hospitalium quorumcumque etiam actu Hospitalitatem servantium, cæterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum, necnon Monasteriorum utriusque sexus bona, & redditus, ac iura, cuiusvis qualitatibus sint, ac quocumque nomine nuncupat, ac pensiones Ecclesiasticas quantumvis liberas, immunes, & exemptas percipientes, in eodem statu possidentibus, vel quasi respective, ut pro undecima parte summa per laicos in id opus conferenda, quæ tamen 150. millia scuta moneta Romanæ in totum non excedat, in quinque annis ad minus in fine cuiuslibet anni, ab anno videlicet 1625. incipient. ad rationem summa triginta millium scutorum similium, vel minoris quolibet anno, nisi laici majori gaudeant dilatione, quo casu etiam Ecclesiasticos ea etiam gaudere volumus, pro rata sua juxta taxam ante faciendam persolvenda in expensas munitionis Civitatum, & locorum prædictorum, contribuere libere, & licite possint, & valeant, auctoritate nostra Apostolica absque spe ullius prorogationis licentiam, & facultatem concedas, & impertiaris.

Eique necessarias ad id tribuere facultates.

§.4. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem taxam contributionis pro dicta undecima parte, & dictis quinque, seu ulterioribus annis hujusmodi durantiibus per Ecclesiasticos seculares, & regulares, ut præfertur, persolvenda, proportionabiliter faciendi, & præscribendi, ac deinde hujusmodi taxam ab omnibus, & singulis, ad quos spectabit, singulis annis dicto quinquennio, seu majori tempore durante exigi, & penes aliquem fide, & facultatis idoneum seu locum Ecclesiasticum arbitrio tuo eligendum tutum, & securum realiter deponi, & ad ipsius Philippi Regis, seu Gomeſii prædicti Gubernatoris, seu ejus in hujusmodi successorum requisitionem, tuumque mandatum deputatis munitionum, civitatum, & locorum prædictorum indictum usum dumtaxat consignari procurandi: ita tamen ut ab Ecclesiasticis hujusmodi collatio non fiat, nisi facta prius exactio, & solutio rata laicorum, ac operibus munitionum hujusmodi inceptis, & pro rata constructis: quoscumque vero solvere recusantes, vel differentes etiam exemptos, & Apostolicæ Sedis immediate subiectos per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita cogendi, & compescendi, Ac demum om-

nia, & singula in præmissis & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, ac auxilium brachii secularis ad hoc, si opus fuerit, invocandi.

§.5. Volumus autem, ut exactio contributionis per dictos Ecclesiasticos persolvenda per personas similiter Ecclesiasticas tantum a te deputandas fiat, rataque a dictis Ecclesiasticis, ut præfertur, percipienda in alios usus, quam munitionem Civitatum, & locorum hujusmodi, pro quibus conferatur, nullatenus convertatur, super quo etiam tuam, & dictorum Philippi Regis, & Gomeſii Gubernatoris, necnon ministrorum ad id deputatorum, five deputandorum conscientiam omeramus.

Exactio vero per Ecclesiasticos si mandatur.

§.6. Quodque juxta ordinationem Concilii Viennensis Calices, libri, cæteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata, ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut aliis quomodolibet occupari non debeant. Ac præterea, ut ultra summam 150. millia scutorum hujusmodi nihil amplius ab iisdem personis Ecclesiasticis exigatur, sub poenis in sacris Canonibus contentis ipso jure incurrendis.

Sacra vero Vasa, & Suppellectilia distrahi vetat.

§.7. Non obstantibus quibuscumque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & Ordinibus, ac Ecclesiis, & Monasteriorum Status hujusmodi, & ordinum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eisdem Monasteriis, Ecclesiis, & ordinibus, illorumque Capitulis, Collegiis, superioribus, & personis, sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenoribus præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Obstantia tollit.

§.8. Per præsentem autem non intendimus quidquam innovare super portione, quam *colonica* vocant, neque circa illam, ullum præjudicium quoquo modo inferre, aut illatum esse Ecclesiasticis, quominus possint, & valeant Ecclesiasticæ libertatis, & exemptionis jura occasione dictæ portionis sibi, eorum Ecclesiis, Colonis, ac bonis competentia quandocumque, & ubicumque omnibus juris remediis, ac etiam per censuras Ecclesiasticas tueri, & defendere, non secus ac si præsentem nullatenus emanassent, quodque expensæ pro tuis, & familiaribus tuis occasione præmissorum subeunda, per ministros laicos, non autem per Ecclesiasticos persolvantur.

Coloniam portionem, ut vocant, præservat.

Datum

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die X. Maii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LII.

Moderatio Literarum Gregorii XV. super divisione Provinciarum Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Reformatorum Regni Sicilia.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ponit tenore Brevis Greg. XV.

Causa hujus divisionis.

Dividitur juxta tres Valles.

Liās a fel. rec. Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris sequentis, videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam. Nuper pro parte dilecti filii Innocentii a Clusa Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professoris Nobis exposito, quod omnes Ordinis, & Reformationis hujusmodi Regulares Domus in universo Sicilia Regno consistentes unam tantum Provinciam constituerent: experientia vero compertum erat, unum dumtaxat Custodem totam hujusmodi Provinciam, quæ circuitus octingentorum miliarium existit, nisi eques incederet, visitare non posse: id vero regularibus dicti Ordinis institutis apostolica auctoritate confirmatis repugnare: ac præterea gravissima inter Fratres ipsius Provinciae inconvenientia, & perturbationes exoriri, cum occurrentes eorum necessitates suo superiori manifestari nequibant.

§.1. Nos supplicationibus dicti Innocentii suo, ac tunc existentis Custodis, & majoris partis aliorum Fratrum dictæ Provinciae nominibus Nobis tunc humiliter porrectis inclinati volumus, & apostolica auctoritate præcepimus, & mandavimus, quod in proxima tunc futura Congregatione Fratrum Reformatorum Provinciae hujusmodi per eundem tunc existentem Custodem habenda, eadem Provincia in tres Provincias, juxta tres Valles, nempe de Mazara, Demona, & Noto, ita ut unusquisque dd. Fratrum Reformatorum ipsius Provinciae in propriis domibus regularibus cuiusque ex tribus Vallibus hujusmodi, ex qua oriundus esset, degere deberet, prout desuper ab eisdem Provinciae Visitatore, & Custode decretum fuisset, auctoritate prædicta divideretur, ac separaretur, dividique, ac separari omnino deberet, prout in nostris in simili forma Brevis sub die 14. Februarii proxime præteriti desuper expeditis Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Nunc autem felici eorumdem Fratrum gubernio, ac directione, quantum Nobis ex alto conceditur, per amplius consulere volentes, supplicationibus dicti Innocentii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dilecto filio Visitatori

eorumdem Fratrum jam destinato per præfatos committimus, & mandamus, ut Capitulum quamprimum celebret, in eoque Provinciam prædictam, juxta literarum hujusmodi formam, & tenorem separet, & dividat.

§.3. Insuper, quod in eodem Capitulo tres Custodes modo infra scripto eligantur, videlicet ut a vocalibus Domorum regularium cuiuslibet Vallis, & Custodiæ unus dicti Ordinis professor in eadem Valle, & Custodia oriundus in Custodem, nec non tres discreti Custodiales ejusdem Vallis eligantur, a quibus ea Custodia regatur, & gubernetur, prout a Fratribus Minoribus dicti Ordinis, Cappuccinis nuncupatis, in eodem Regno existentibus, fieri asseritur, ac iisdem modo, & forma, & non aliter divisiones, & electiones fiant.

Eliguntur Custodes in unaquaque Custodia.

§.4. Et quia in eodem Regno nonnulli dicti Ordinis professores exteri, & diversarum nationum reperiuntur, ad tollendam omnem difficultatem iis tempus sex mensium concedatur ad deliberandum, in quam Custodiam, & Vallem se velint recipere, & facta deliberatione hujusmodi, nec illi, nec ex eodem Regno oriundi Fratres hujusmodi de una ad aliam Vallem absque licentia Vicarii Generalis Fratrum Reformatorum dicti Ordinis, ac unanimo consensu Custodum, & discretorum Custodialium utriusque Vallis, & Custodiæ transire possint, & si eos ad aliam Custodiam transire contigerit, in illa per decennium votum passivum habere nequeant.

Fratres exteri infra sex menses eligantur sub Custodia.

§.5. Præterea ad obviandum perturbationibus, quæ ex controversia oriri possent, quis sigilla habere debeat, iisdem sigillis, qui cum imagine Sancti Michaelis Archangeli ad præfens reperiuntur, cum etiam ab aliis Fratribus reformatis Italia habeantur, amplius Custodes prædicti non utentur; sed pro Valle, & Custodia de Mazara cum B. Matthæi de Agrigento; & pro Valle, & Custodia de Noto cum Sanctæ Lucie, ac pro Valle, & Custodia Demona cum Sancti Martini, Placidi, & Sociorum Imaginibus sigilla respective fiant. Custodes autem pro negotiis in dictis Vallibus, & Custodiis pro tempore occurrentibus socium, qui eos in scribendo coadiuvet, habere possint, cum titulo, & nomine Scriptoris, non autem Secretarii, qui propterea nullo privilegio, nulla exemptione gaudeat, sed præcedentiam sibi ratione antianitatis in Regione competentem dumtaxat habeat. Quodque præmissis omnibus, & singulis non parentes, seu rebelles, excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ penas ipso facto incurrant, apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis, quæ in prædictis literis volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die ulti-

Designatur sigillum uniuscuique Custodiæ.

Custos habeat Scriptorum.

1624.

Derogatio
contrariorumData die 29.
Madi 1624.
An. L.

a quoquam quavis auctoritate scienrer, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 29. Martii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LIV.

Approbatio Statutorum in Capitulo generali Fratrum Minorum S. Francisci de Paula editorum circa ea, quæ agenda sunt in casu mortis Generalis totius Ordinis.

Ultra ea, quæ habet in Constitutione VI. Sixti IV. Sedes. Tom. III. Par. III. fol. 136. Scias istis Fratribus ambitum prohibuisse Paul. V. in Constit. CCC. Admonemur, Tom. V. Par. III. fol. 272.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Utea, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim Regi seculorum obsequiis sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero, felicique regimine facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Expositum fuit Pontifici multa olim statuta fuisse a Capite Generali circa electionem Vicarii in casu mortis P. Generalis, quæque apostolica auctoritate confirmata.

§. 1. Sane nomine dilecti filii Egidii Camart Correctoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula Nobis nuper expositum fuit, quod aliis pro felici ejusdem Ordinis directione, & præsertim illius Vicarii generalis electione nonnulla Statuta condita fuerunt tenoris subsequenti, videlicet.

Primo: statutum fuit in Capitulo generali ejusdem Ordinis habito Paulæ Anno 1535. auctoritate apostolica confirmato, quod si contingeret (quod Deus avertat) Reverend. Patrem Generalem diem claudere extremum, fiat de Vicario generali electio per ejusdem Generalis socios cum Reverend. Patre Provinciali illius Provincia, in qua morietur, vel ei proximioris, si extra Provinciam quandam moriatur, ac sociis illius, & Correctore locali, ubi morietur, vel proximioris Conventus: Qui omnes simul prædicti electores de toto gremio religionis nonni in Vicegeneralem usque ad proximum Capitulum generale celebrandum eligant, ita tamen quod nullus prædictorum eligentium ad prædictum officium assumi valeat: hic autem in prædictum Vicarium, etiam pro quocumque tempore, assignatus in Generalem immediate, & postmodum reeligatur, & deputari valebit.

§. 2. Deinde in ultimo generali Capitulo ejusdem Ordinis habito Romæ in Conventu Sanctissimæ Trinitatis anno 1623. sessione decima quæsitum fuit, an in casu mortis Reverendissimi Patris Generalis (quod absit) standum esset in numero electorum jam ab aliis Capitulis deputatorum: an potius idem numerus esset augendus: & variis hinc inde discussis rationibus, tandem negotium remisit Patri Generali, qui una cum suis Collegis, consulto etiam Illustrissimo Protectore, determinarent, quid esset agendum. Quapropter facta circa hoc matura consideratione, prout infra, statuendum consentaneum duximus.

Dispositio circa electionem Vicarii Generalis. Primo de morte Generalis, & quis erit ejus Vicarius usque ad electionem.

Patre Generali claudente diem extremum, continuo antiquior ex Collegis, qui tunc præsentis aderunt, accipiat utrumque sigillum Ordinis, & Vicegeneralis fungatur officio tantisper, donec cum Patribus electoribus ad electionem Vicarii generalis procedatur.

Secundo: de moriendo Superioribus Ordinis de morte Generalis.

Præfatus Pater Collega in Vicarium institutus, ut primum mors Patris Generalis acciderit, notam illam faciat omnibus Provincialibus Ordinis, tum ut debite orationes, & sacrificia pro anima defuncti offerantur, tum ut electores futuri Vicarii generalis præparent se ad electionem faciendam.

Tertio: de potestate Collegarum Sede Generalis vacante.

Quandiu Sedes Generalis vacabit, non poterunt Collegæ ullam visitationem facere, neque instituere ullos Provinciales, aut alios Superiores, neque illos deponere. Non poterunt etiam ulla Statuta condere, vel aliquem Fratrem privare, aut rehabilitare, neque ullam rem magni momenti expedire, sed omnia reservabuntur Vicario generali futuro. Poterunt autem urgentia negotia, & quæ celerem resolutionem requirunt, expedire, fratresque scandalosos punire.

Quarto: de electoribus Generalis.

Ex qualibet natione Italia, Gallia, & Hispania quatuor Patres convenient ad locum destinatum cum tribus Patribus Collegis Generalis prædefuncti, ut eligant simul Vicarium generalem, nempe duo Provinciales, & duo Commissi ex qualibet natione.

Quinto: de Provincialibus, & quando assumi debeant.

Porro Provinciales assumuntur secundum ordinem antiquitatis Provinciarum, mutan-

1624.

Quibus potest in alio Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1611, non nulla alia addita fuerit.

1624.

mutando de sexennio ad sexennium juxta seriem dictarum Provinciarum: exempli gratia: in hoc sexennio habebunt jus electionis pro Italia Patres Provinciales S. Francisci, & Mellanæ: pro Gallia Turonensis, & Francia: pro Hispania Granatenfis, & Castellæ: in futuro autem sexennio duo alii Provinciales Provinciarum proxime succedentium in qualibet natione secundum antiquitatem, & ita deinceps de sexennio in sexennium, donec impleatur numerus Provinciarum cujuslibet nationis. Poterunt autem Provinciales, quibus continget in suo ordine interesse electioni Vicarii generalis, causa evidenter infirmitatis substituere Vicarium, prout fit in Capitulo generali.

Sexto: de Collegis Patris Generalis morbo detentis.

Similiter si Patres Collegæ Generalis, vel illorum alter morbo aliquo ita detineatur, ut non possint adire locum ad electionem destinatum, poterunt substituere aliquem Patrem idoneum ex illa natione, cujus sunt Collegæ, qui literis authenticis munitus jus habebit in electione.

Septimo: de Commissis.

Commissi vero non assumuntur ex Provinciis eisdem, ex quibus Provinciales veniunt ad electionem, sed ex duabus Provinciis proximè succedentibus, ad hoc, ut plures Provincie cujuslibet nationis concurrant ad electionem Vicarii generalis.

Octavo: a quibus fieri debeat electio Commissorum.

Ipsi vero Commissi eligantur respective in suis Provinciis a Provinciali, Collegis, & Definitoribus Provincie, veniantque ad locum deputatum muniti literis authenticis suæ deputationis.

Nono: de Correctore Conventus, ubi morietur Generalis.

Ceterum si Pater Generalis decedat in aliquo Conventu, Superior illius Conventus veniet ad electionem Vicarii generalis futuri, & tunc pro illa natione, in qua est ipse Corrector, non eligatur nisi unus Commissus, nempe in antiquiori Provincia ex duabus, quæ veniunt in ordinem, ad hoc ut votorum sit paritas in qualibet natione, & Provincia, in qua non fuit electio, pro hac vice carebit suo voto, ita ut in subsequenti sexennio assumantur Commissi ex aliis duabus Provinciis immediate subsequentibus.

Decimo, de morte Generalis extra Conventus.

Si vero contingat Patrem Generalem mori extra Conventum, ut puta in itinere, vel in mari, vel in alio quovis loco, secundum quod frequenter accidit inter immensa Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

1624.

pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus vicinioribus loci decessus hujusmodi intererit electioni, sed tantum Provinciales, & Commissi.

Undecimo: quod semper Corrector Conventus ubi morietur Pater Generalis, votum habeat.

Quamquam vero Commissi nullo modo assumi debeant ex eisdem Provinciis, ex quibus Provinciales votum habebunt in electione, nihilominus Pater Corrector Conventus, in quo obierit Reverend. Pater Generalis, semper votum habeat, etiam si reperiat in illa Provincia, in qua continget, Provinciale esse vocalem.

Duodecimo: de notificatione electorum in Capitulis generalibus.

Ut autem tota Religio noscat, quinam ex Provincialibus, & Commissis debeant habere votum pro futuro sexennio in electione Vicarii Generalis causa mortis, in quolibet generali Capitulo, inter reliqua Statuta ponatur hujusmodi decretum. Si contingat Reverendiss. Patrem Generalem diem obire (quod Deus avertat), pro futuro sexennio ii erunt electores Vicarii generalis una cum Patribus Collegis defuncti Generalis, nempe pro natione Italica Patres Provinciales, talis, & talis, & talis, & talis Provincia mittant suos Commissos; pro natione vero Gallica talis, & talis Provincialis, & talis, & talis Provincia mittant suos Commissos; pro natione vero Hispanica talis, & talis Provincialis, & similiter talis, & talis Provincia suos Commissos destinabunt: & hoc inviolabiliter servabitur in futuris Capitulis generalibus.

Decimotertio: de notificatione loci, in quo obit Pater Generalis.

Spestabit autem ad Patrem Collegam, cui commissa erunt sigilla Religionis, dum significabit mortem Generalis omnibus Provinciis Ordinis, simul etiam notificare Conventum, in quo prædictus Pater Generalis obierit, ut sciatur, quod Superior illius Conventus debet habere votum in electione, & quod proinde in illa natione, in qua situs est ille Conventus, non debet fieri electio, nisi unius Commissi, nempe in antiquiori Provincia, ex duabus illis, quæ veniunt in vice sua, quoniam Superior Conventus cum sit ejusdem nationis, supplet pro altero Commissio. Si vero extra Conventum obeat Pater Generalis, & hoc ipsum notificabit prædictus Pater Collega Generalis, ut sciant qualibet nationes, sibi delegandos esse duos Commissos.

Decimoquarto: de loco, in quo fieri debet electio.

Si Pater Generalis diem claudat Romæ, electio fiet Romæ, & illuc omnes electores

Causa mode-
rationis.

ultima Martii 1622. Pontificatus nostri Anno II.

§.6. Cum autem, sicut dilecti filii Benignus a Genua Minister Generalis ejusdem Ordinis, necnon Aloysius de Cruce eorumdem Fratrum Reformatum in totius Siciliae Regnis Visitator Apostolicus Nobis nuper exponi fecerunt, circa interpretationem quarundam clausularum in Constitutione praedicta contentarum, varia dubia, non sine multa eorumdem Fratrum perturbatione, divinique cultus detrimento exoriantur, videlicet ut a vocalibus Domorum Regularium cujuslibet Vallis, & Custodia unus dicti Ordinis professor in eadem Valle, & Custodia oriundus in Custodem eligatur, necnon si Fratres ad aliam Vallem transire contigerit, in illa per decennium votum passivum habere nequeant; ac etiam super istius verbi oriundus significatione, nonnullique pariter inter eosdem Fratres reperiantur, qui similiter in dubium revocant, cuius ipsi Vallis sint.

Declarat quo-
modo obser-
vande sint
clausulae.

§.7. Nos praemissis, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, necnon Benignum, & Aloysium praedictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati extiterint, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, clausulas praedictas ad Constitutionum generalium ejusdem Ordinis dispositionem auctoritate praedicta tenore praesentium reducimus, & moderamus: quo autem ad verbum oriundus spectat, unumquemque dictorum Fratrum in eisdem Vallibus ad praesens existentium, qui in ejus pacifica, seu quasi possessione reperitur, effectum praedictarum literarum gaudere; posterioris vero dubii declarationem in Capitulo, siue Congregatione Custodiali ad hunc effectum faciendam fieri, atque de cetero usum, & praxim dicti Ordinis servari debere; irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus praemissis, & omnibus illis, quae in praesentis literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10.
Maii 1624.
An.I.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Maii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Confirmatio Literarum Gregorii XIII., & Clementis VIII. quibus declaratur per onera Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus Bononiensibus, imposita nullum praedictum Privilegium, & exemptionibus Hospitali S. Joannis Hierosolymitani aliis concessis inferri.

Ex Regest. in
Secret. Breve.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

LiAs a se: re: Gregorio PP. XIII., & Clemente VIII. Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris emanarunt Literae tenoris sublequentis, videlicet a tergo:

§.1. Dilectis filiis Magistro, & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani; Intus vero: Gregorius Papa XIII. Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Quamvis Nos pridem ad preces dilectorum filiorum quadraginta virotrum Praesidentium regimini Civitatis nostrae Bononiens. eas Ordinationes, quas nonnulli Romani Pontifices Praedecessores nostri, & praeterea: Julius Papa III. diversis temporibus fecerant, ut Clerus Bononiens. in solutione vestigialium, & aliorum quorumvis onerum in dicta Civitate pro tempore impositorum concurreret, atque contribueret, ex certa scientia nostra confirmaverimus, causas omnes, si quae, & ubicumque penderent, avocando, ad lites hujusmodi penitus extinguendo, perpetuumque dicto Clero silentium imponendo, & praeterea declaraverimus omnes, & quascumque tam Seculares, quam Regulares ipsius Cleri, etiam si Hospitalis vestri S. Joannis Hierosolymitani essent, ad praestationem vestigialium, & onerum hujusmodi omnino teneri, prout in nostris super his Literis in forma Brevis confectis plenius continetur, vestram tamen religionem minime propterea in veteri sua immunitate turbatam intendentes, praesentium auctoritate declaramus, atque decernimus, nihil omnino per literas nostras praedictas contra vos, aut vestrum Hospitale, nec etiam contra exemptiones, & privilegia vestra innovatum esse, nec innovari debere, sed vos, resque, & bona vestra universa, & singula in universis exemptionibus, & privilegiis omnibus quibus ante, & post ordinationes, confirmationem, & literas nostras praedictas usi, & potiti estis, semper, & ubique conservari debere; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Camerae Apostolicae Clericos in quavis causa, & Instantia, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, ubique judicari, & definiri debere: necnon irritum, & inane quidquid secus super his per praedictos Praesidentes regimini, & quoscumque alios scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis, & Re-

Gregor. XIII.
Literae recen-
sentur.Decreevrat
aliis, etiam
Equites Hospi-
talis S. Joann-
is Hierosoly-
mitani ad
onerum solu-
tionem in Ci-
vitate Bono-
niensi teneri.His vero Li-
teris ad sum-
mae reingrat pri-
vilegia.

& Regiminis, ac illius Praesidentium praedictorum, Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 8. Augusti 1584. Pont. nostri Anno XIII.

Recententur
quoque Lite-
rae Clemen-
tis VIII., ejus-
dem exempli.

§.2. A tergo: Dilectis filiis Magistro, & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani. Intus vero: Clemens Papa VIII. Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Cum, sicut accepimus, fa: re: Gregorius Papa XIII. Praedecessor noster postquam ad preces dilectorum filiorum Reformatum Status libertatis Civitatis nostrae, tunc fuit Bononiens. eas ordinationes, quas nonnulli Romani Pontifices sui, & Praedecessores nostri, & praeterea: fa: re: Julius Papa III. diversis temporibus fecerant, ut Clerus Bonon. in solutionem vestigialium, & aliorum quorumvis onerum in dicta Civitate pro tempore impositorum concurreret, atque contribueret, ex certa scientia sua confirmaverat, causas omnes, si quae, & ubicumque super his penderent, avocando, ac lites hujusmodi penitus extinguendo, perpetuumque desuper dicto Clero silentium imponendo, & praeterea declaraverat omnes, & quascumque tam seculares, quam regulares ipsius Cleri, etiam si Hospitalis vestri S. Joannis Hierosolymitani essent, ad praestationem vestigialium, & onerum hujusmodi omnino teneri, prout in quibusdam ejusdem Gregorii Praedecessoris Literis continebatur, vestram Religionem minime propterea in veteri sua immunitate turbatam iri volens, declaravit, & decrevit nihil omnino teneri, prout in quibusdam, per ejus Literas praedictas contra vos, aut vestrum Hospitale, nec etiam contra exemptiones, & privilegia vestra innovatum esse, nec innovari debere: sed vos, resque, & bona vestra universa, & singula in vestris exemptionibus, & privilegiis omnibus, quibus ante, & post ordinationes, confirmationem, & literas suas praedictas usi, & potiti eratis, semper, & ubique conservari debere, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Camerae Apostolicae Clericos in quavis causa, & Instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in aliis ejusdem Gregorii Praedecessoris literis similiter plenius continetur. Cumque Nos superioribus annis ex causis tunc expressis priores literas praedicti Gregorii Praedecessoris confirmantes, & innovantes, Dilecto Filio tunc, & pro tempore existenti nostrae, & Sedis Apostolicae in Civitate, & Comitatu Bononiens. de latere Legato, seu ejus vice Legato, aut Governatori commiserimus, & mandaverimus, ut opportunis Juris, & facti remediis, omni, & quacumque appellatione, recurru, & subterfugio postpositis, cogeret, & compelleret quoscumque sub praetextu exemptionum, & privilegiorum quavis amplissimorum solvere recusantes taxā pro reparatione cujusvis fluminis siti in Comitatu Bononiens. pro ratione bonorum ab ipsis possessorum, qui pro tali reparatione aliquod commodum sentirent, etiam si seculares, aut regulares, mendicantes, aut non mendicantes, & cujusvis Instituti utriusque sexus existerent, ac alias prout in nostris sub die 10. Martii 1600. Pontificatus nostri Anno nono expressis literis similiter continetur. Nunc ne vigore nostrarum hujusmodi literarum molestari possitis, literas Gregorii Praedecessoris in vestrum favorem emanatas confirmantes, & innovantes praesentium tenore declaramus, atque decernimus, nihil omnino per literas nostras praedictas contra vos, aut vestrum Hospitale, nec etiam contra exemptiones, & privilegia vestra innovata esse, nec innovari debere: sed vos, resque, & bona vestra universa, & singula in vestris exemptionibus ac privilegiis omnibus, quibus ante, & post ordinationes, confirmationes, & literas nostras praedictas usi, & potiti estis semper, & ubique conservari debere; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Camerae Apostolicae Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis, Regiminis, & illius Praesidentium, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon omnibus illis, quae in nostris literis praedictis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Apr. 1604. Pont. nostri An. XIII.

§.3. Nunc autem Nos praesentis literarum hujusmodi firmiori subsistentia, & validitati consulere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, praesentis literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, easque, nec non praesentes literas validas, firmas, & efficaces semper, & perpetuo existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, quos illae concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Utrunque Li-
tere confir-
mantur ab Ur-
bano.

§.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores in quavis causa, & instantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his

Clausula.

E c

a quo-

res convenient, & quidem si moriatur in Conventu Sanctissimæ Trinitatis Pater Corrector illius Conventus votum habebit in electione, & computabitur pro natione Gallica; si vero in Conventu S. Andreæ, vel Sancti Francisci Superior illorum respective Conventuum votum habebit pro natione Italica. Porro in quocumque horum trium Conventuum obierit Pater Generalis, in eo convenient Patres electores ad faciendam electionem Vicarii Generalis.

Decimoquinto: de Patre Zeloso.

Pater Zelosus votum habebit in electione Vicarii Generalis, in quocumque Conventu Romano decesserit Pater Generalis. Quo casu natio illa, de qua est Pater Zelosus, non mittet alium Commissum, verbi gratia, si Pater Zelosus sit Italus, & Pater Generalis diem claudat in Conventu Sancti Andreæ, vel Sancti Francisci, Superior illius Conventus, & Pater Zelosus erunt electores, & cum sint ambo Italici Provincia, quæ deberent eligere Commissos, non eligent pro hac vice; si Gallus fuerit, & Pater Generalis obeat in Conventu Sanctissimæ Trinitatis, Corrector, & Zelosus similiter erunt electores, & ex Gallia non mittentur Commissi. Si Hispanus, tunc unus tantum Commissus veniet ex Hispania, nempe is, qui eligetur ab antiquiori Provincia ex duabus, ut supra dictum est.

Decimosexto: de loco electionis, quando Pater Generalis diem claudit extra Romam.

At si contigerit, Patrem Generalem obire extra Romam, ut puta dum visitat Provincias, convenient omnes electores ad Conventum commodiorem pro nationibus: exempli gratia, si decessat Pater Generalis in Italia, omnes electores veniant ad Conventum Januensem, qui est in confinio Italiae, Galliae, & Hispaniae; si in Gallia decesserit, electio fiet in Conventu Massiliensi, qui est vicinior alijs nationibus; si in Hispania, convenient ad electionem in Conventu Barchinonensi, & hoc semper servetur pro regula in omnibus futuris electionibus Vicarii Generalis.

Decimoseptimo: quo tempore debeant convenire electores.

Quia vero Ordo valde extensus est, & oportet aliquod temporis spatium ad hoc, ut mors Patris Generalis toti Ordini innotescat, dabitur spatium quinque mensium a die obitus Patris Generalis usque ad diem electionis: sufficient enim duo menses ad notificandam mortem toti Ordini, & reliquum, ad hoc, ut electores convenient ad locum electionis.

Decimo octavo: cuius erit indicere tempus, & diem, ac locum electionis.

Spectabit ad Patrem Collegam Generalem, qui in manibus habebit sigilla Religionis, eodem tempore, quo significabit mortem Generalis, simul etiam indicere tempus, & diem, ac locum supra in cap. 16. determinatum futuræ electionis, ita quod semper sint quinque menses integri inter obitum, & diem electionis; Provinciales vero, & Commissi sub poenis iisdem, quæ sunt statuta contra eos, qui non interfuerint Capitulis Generalibus, sint obligati statuto tempore præsentem esse in loco, in quo fieri debet electio futuri Vicarii Generalis: si qui vero fuerint absentes, elapso tempore præfinito, continuo præsentem procedant ad electionem, amplius non expectando.

Decimonono: de Præside Capituli in electione.

Quando omnes electores convenierint, præsidebit in Capitulo Pater Collega Generalis, cui commissæ sunt sigilla Ordinis absque aliquo respectu Provincialium.

Vigesimo: quisnam potest eligi in Vicarium Generalem.

Omnes electores sic coadunati poterunt ex toto Ordine eligere in Vicarium Generalem, quem magis idoneum judicaverint, etiam ex corpore ipsorum electorum, si qui inter ipsos magis capaces, & ad hoc officium magis idonei reperiuntur.

Vigesimoprimum: de potestate Vicarii Generalis electi.

Qui vero electus fuerit in Vicarium generalem, statim fungetur officio suo secundum exigentiam negotiorum juxta privilegia ejusdem Ordinis, sicut hactenus factum est.

Vigesimosecundo: de notificatione electionis Vicarii Generalis.

Statim atque facta fuerit electio Vicarii Generalis, curabunt Patres electores, ut notificetur per omnes Provincias Ordinis, & ideo mittent ad omnes Patres Provinciales authenticas literas electionis ascriptæ.

Vigesimotertio: quibus expensis Patres convenient ad electionem.

Iustum est, ut Patres Collegæ Generalis convenient ad locum electionis expensis suarum respective nationum: Patres vero Provinciales, & Commissi expensis suarum Provincialium, sicuti fit in Capitulis Generalibus.

Vige-

L.V.

Vigesimo quarto: quid faciendum in casu, quo Pater Generalis diem claudat extremum post expletum quadriennium sui Generalatus.

Si Pater Generalis obeat post expletum quadriennium sui officii, tunc ii eligent Vicarium Generalem, qui tam olim deputati fuerunt a Capitulo Generali Paulitano, quibus adjungentur Pater Provincialis vicinioris Provinciae cum suis Patribus Collegis, ut major sit votorum numerus: si vero fuerit discrepantia, quænam sit vicinior Provincia, tunc posita æquali distantia, antiquior Provincia votum habebit.

Supplicatur Pontifici, ut ea omnia apostolica auctoritate communitate dignetur.

Qui ea approbat, & confirmat, supplicatque defectus, dummodo in Capitulo proxime celebrando iterum examinentur, & approbentur.

Ex ita approbata observantia decernatur.

Contrariis remotis.

Dat. die 29. Maii 1624. An.I.

Præceptum Priori, & Fratribus Militibus Prioratus Alemannie Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani ne bona, & privilegia dicti Prioratus ladi permittant.

Dilectis filiis Friderico Hunt Priori, ceterisque Fratribus Militibus Prioratus Alemannie Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Romani Pontifices, qui Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani merita perspicillissima habuerunt, eum semper inter ceteros Militares Ordines, & magni fecerunt, & peculiari charitate, ac studio complexi sunt, quæ omnia in Nobis maximum ex vestra in Nos, & Sedem Apostolicam devotione, & observantia incrementum receperunt: quo fit, ut bona, aliæque Ordinis vestri jura in dies magis non solum crescere ad Dei gloriam, & hostium fidei confusionem summopere desideremus, sed etiam quæ progressum hujusmodi quoquo modo impedire, minuire, vel retardare possunt, Nos maxime sollicitos habent. Quamobrem etiam nequaquam dubitamus, quin vos pro vestra pietate, & catholica religionis zelo, bonorum, aliorumque jurium hujusmodi conservationi, & augmento, quam debitis sollicitudinem impendatis tamen apostolatus officium, quod immeriti gerimus, a Nobis flagitare non cessat, ut etiam bonis, atque juribus hujusmodi, quantum cum Domino possumus, superintendere non negligamus.

Rom. Pontificum sollicitudo conservandi bona ad Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani perpetuitatem.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra vobis omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis late sententiæ poena præcipimus, & mandamus, ne vos, aut ullus vestrum etiam ad cuiusvis quacumque dignitate, & præminencia, ac speciali nota digna, & de necessitate exprimenda instantiam, intuitum, vel contemplationem, & ex quacumque causa, aut quovis quæsito colore, vel pretextu publice, vel occulte, directe, vel indirecte quicquam negligatis, seu negligi permittatis, quod bonorum, aliorumque jurium ipsius vestri Ordinis conservationi, augmento, atque defensionis opportunum fuerit, neque jurisdictionem ecclesiasticam ladeatis, aut violetis, minufque in aliquo ladi violari, aut usurpari permittatis.

Præceptum de quo in Rubrica.

§.2. Quod si de validitate privilegiorum vobis, seu Ordini vestro per Nos, vel Romanos Pontifices Prædecessores nostros quomodolibet concessorum, seu de illorum interpretatione agi, seu tractari contigerit, id totum Sedis Apostolicæ cognitioni, & deliberationi remittatis.

Quæstiones super privilegiorum huius Ordinis concessorum, si quæ oriuntur ad Sedem Apostolicam de fœderibus.

§.3. Nos enim ex nunc irritum decernimus,

1624.
Si quid fecerit
anteceffor, ite-
ritu in decla-
ratur.

Dat. die 6.
Junii 1624.
An.I.

mus, & inane, quidquid fecus super his
quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. In contra-
rium facientibus, non obstantibus quibus-
cumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub An-
nulo Piscatoris die 6. Junii 1624. Pontifica-
tus nostri Anno I.

LVI.

Confirmatio, & Renovatio Constitutionum
Pii Quinti, & Sixti Quinti super solutio-
ne Communium, Annatarum, & Quin-
denniorum, ac Indicatione Unionum.

*Hoc etiam iussit Paul. IV. in sua Const. XXV.
Decens. Tom. IV. Par. I. fol. 351. &
Pius V. Constit. LV. Apostolica. Tom. IV.
Par. II. fol. 369. & amplior Sixtus V.
Constit. XLVI. Camera. Tom. IV. Par. IV.
fol. 213.*

URBANUS PAPA VIII.

Motu proprio &c.

Causa huius
Constitut.

Aliis fel. rec. Pius Papa Quintus Præ-
decessor noster provide considerans,
quod Annatarum, Communium, & alio-
rum iurium Camera Apostolicæ debitorum
exactio in recognitionem universalis domi-
nii introducta est antiquissima, quindennio-
rumque usus, & solutio ideo adinventi fue-
runt, ne Camera prædicta ex Monasterio-
rum, Prioratum, aliorumque Beneficio-
rum Ecclesiasticorum unionibus, quæ am-
plius vacare non sperabantur, detrimentum
aliquod induceretur: Volens propterea di-
ctæ Camera, ac Venerabilium Fratrum no-
strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lium Collegio, nec non dilectis filiis Can-
cellariæ Apostolicæ Officialibus de Com-
munibus, Annatis, & Quindenniis parti-
cipantibus iura præservare, illorumque in-
demnitati consulere: Motu simili &c. om-
nia, & singula Cathedralium, etiam Me-
tropolitanarum, Ecclesiarumque Collegia-
tarum Capitula, Congregationes, Univer-
sitates, Collegia, Hospitalia, ac Pia Loca,
& quovis alios, in quorum favorem tam
secularium, quam quorumvis Ordinum Re-
gularium Monasteria, Prioratus, Præposi-
tura, necnon Dignitates, & alia quæcum-
que Beneficia Ecclesiastica unita, annexa, &
incorporata, seu applicata existerent, & il-
lorum uniones eis factæ reperirentur, quan-
tumcumque exempta, & privilegiata exis-
terent, etiam si se super inde in Camera Apo-
stolica non obligassent, dummodo Mona-
stera, seu Beneficia ipsa possiderent, ad so-
lutionem Communium, Annatarum, & alio-
rum iurium prædictorum eisdem Camera,
Collegio, & Officialibus ratione unionum,
annexionum, seu applicationum prædicta-
rum singulis quindennium annis a die, qua illæ
suum sortitæ fuissent effectum, faciendam
teneri, & obligatos esse, & ad id sper sen-

Pii V. Const.
referuntur.

tentias, censuras, & poenas in singulis Pauli
Secundi, & aliorum Prædecessorum suorum
Summorum Pontificum literis contentas
cogi, & compelli posse decrevit, & decla-
ravit. Mandans propterea bon. mem. Hiero-
nymo tunc Episcopo Macerateni, & Ca-
meræ Apostolicæ Clerico, Annatarumque
Judici tunc existenti, ut pro faciliiori inda-
gatione unionum prædictarum omnia, & sin-
gula Cathedralium, etiam Metropolitanarum,
& Collegiarum Ecclesiarum Capitu-
la, Collegia, necnon tam virorum, quam
mulierum seculares, & quorumvis Ordi-
num Regulares Congregationes, seu Colle-
gia, & Pia Loca huiusmodi, eorumdemque
Prælatos, & Procuratores ad indicandum,
& profitendum medio juramento omnia, &
singula Monasteria, Prioratus, Præposi-
turas, Præpositus, Parochiales Ecclesias, &
alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica, quæ
ipsa Capitula, Congregationes, & alia loca
prædicta possiderent, & quo titulo illa pos-
sederent, illorumque annuos valores sub
privationis, & aliis in literis in forma Mo-
tus proprii Pii Quinti Prædecessoris huius-
modi contentis sententiis, censuris, & po-
enis in Romana Curia, & extra eam mone-
ret, & requireret. Et successive fel. rec.
Sixtus Papa Quintus etiam Prædecessor no-
ster attendens, quod tantumdem detrimen-
ti Camera, Collegio, & Officialibus prædi-
ctis ex unionibus, quæ ab Ordinariis loco-
rum, & aliis sunt provenit, ac propterea
æquum esse censuit, ut quod in unionibus
per Sedem Apostolicam factis locum obti-
net, illud idem, & fortius in unionibus
per ipsos Ordinarios factis, & faciendis ob-
servaretur: & licet in Constitutionibus, &
literis Prædecessorum suorum compræhen-
di viderentur, tamen ut cuius disputandi
ocasio præcideretur, motu, & scientia si-
milibus de apostolicæ potestatis plenitudine
statuit, decrevit, & declaravit, quod unio-
nes, annexiones, incorporationes, appli-
cationes, & submisiones de quibuscumque
Beneficiis Ecclesiasticis, tam secularibus,
quam regularibus, etiam si Monasteria Mo-
nialium, & Hospitalia fuissent, quæ tamen
tempore ipsarum unionum cura, Conven-
tu, & Hospitalitate caruerint, & quorum
singulorum, vel si plura Beneficia unicis li-
teris compræhensa sint, quorum quilibet
annuus valor xxiv. ducatos auri de Camera
secundum communem estimationem valoris
non excederet, dummodo tamen fructus
omniū insimul illum transcederet, cuicum-
que Ecclesiæ, Monasterio, Collegio, Do-
mui, Societati, Congregationi, Ordini,
Militiæ, Hospitali, Seminario, aut alio Loco
Pio, tam per quoscumque Romanos Pon-
tifices Prædecessores suos, necnon per Se-
dis Apostolicæ Legatos, Nuncios, & alios
quoscumque Subdelegatos, aut aliis quo-
modolibet auctoritate apostolica, quam per
quemcumque loci ordinarium in qualibet
mundi parte hætenus factæ, & in futurum
faciendæ, etiam si manualia, & de Jurepa-
tronatus laicorum, etiam Imperatoris, Re-
gum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comi-

Sixti quoque
PP. literæ re-
feruntur.

Comitum, & aliorum Nobilium, & Illu-
strum Beneficia illa fuerint, sub dictorum
Prædecessorum Constitutionibus, & decla-
rationibus omnino compræhendi, & inclu-
di, & ab omnibus compræhensa, & inclu-
sa censeri voluit, & ad solutionem quin-
denniorum teneri, & obligatos esse, & ad
id cogi, & compelli posse declaravit. Man-
davitque bon. mem. Alexandro Glorioso
Camera Apostolicæ Clerico, & Annatarum
tunc Judici, ut pro faciliiori indagatione
unionum prædictarum omnia, & singula
Cathedralium, etiam Metropolitanarum,
& Collegiarum Ecclesiarum Capitula, &
alia Loca Pia prædicta moneat, & require-
ret, ut profiterentur medio juramento om-
nia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ
vigore similibus unionum quomodolibet
possederant, illorumque annuos valores,
juxta præfati Pii Quinti Prædecessoris Con-
stitutiones cum facultate citandi, & inhiben-
di, ut aliis in literis in forma Brevis sub
dat. xiv. Maii 1586. dicitur contineri.

Confirmatio
Pont. Const.
Prædec. &
defectus sup-
plet.

§.1. Cum autem, sicut accepimus, &
sicut etiam Nobis innotuit, adit quam-
plurimæ uniones, & applicationes a dicto
tempore citra factæ, quarum notitia a Ca-
mera, & Cancellaria Apostolicis desidera-
tur: volentes igitur, tam Camera nostræ
Apostolicæ, quam Venerabilium Fratrum
nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lium Collegio, ac dilectis filiis nostris
Cancellariæ Apostolicæ Officialibus de An-
natis participantibus consulere, motu simili,
& ex certa scientia nostra quæcumque tam
sub plumbis, quam in forma Brevis, & Mo-
tus proprii literas eorumdem Pii, & Sixti
Quinti, necnon quorumcumque aliorum
Romanorum Pontificum Prædecessorum
nostrorum super solutione Annatarum,
Communium, Quindenniorum, & aliorum
iurium tam ratione provisionum, seu unio-
num perpetuarum quorumcumque Benefi-
cium Ecclesiasticorum per Sedem Apo-
stolicam factarum, & faciendarum editas,
confirmatas, & innovatas, cum omnibus
clausulis, decretis, derogationibus, ac
censuris, & poenis in illis contentis, nec-
non omnia, & singula per quoscumque Ju-
dices, Exequutores, & Commissarios in-
præmissis, & circa ea quomodolibet gesta,
& exequuta, & inde legitime sequuta quæ-
cumque, quorum tenores, ac si de verbo
ad verbum hic inserti essent, pro plene, &
sufficienter expressis, & insertis habentes,
auctoritate apostolica, tenore præsentium
approbamus, & confirmamus, nec non il-
lis perpetuas, & irrefragabiles firmitatis ro-
bur adiciamus, omnesque, & singulos juris,
& facti, ac alios defectus, si qui forsan in-
tervenierint in eisdem, supplemus, atque
illas, & illa, quatenus opus sit, innovamus.

Exequutorie
deputatio.

§.2. Mandantes propterea dilecto filio
Magistro Hieronymo Raymundo dictæ Ca-
meræ Clerico, cui nuper a fel. recordatio-
nis Gregorio XV. Prædecessore nostro om-
nes, & singulæ causæ inter dilectum filium
Gasparem Rivaldum Cancellariæ Apostoli-
cæ generalem Subcollectorem ex una, &

quæcumque Congregationes, Capitula, Col-
legia, loca pia, & quævis alias personas ex
altera partibus super solutione Annatarum,
Communium, & aliorum Iurium Quinden-
norum eorumdem commissæ reperiuntur,
& aliis in ejus locum per Nos, vel successo-
res nostros subrogandis Judicibus, ut pro fa-
ciliiori indagatione unionum, annexionum,
incorporationum, seu applicationum prædi-
ctarum omnia, & singula Capitula, Colle-
gia, Congregationes, Seminaria, Societa-
tes, & alia loca pia prædicta, eorumque
Prælatos, & Procuratores ad indicandum,
& profitendum medio juramento omnia, &
singula Monasteria, Prioratus, Præposituras,
Præpositus, Parochiales Ecclesias, & alia
quæcumque Beneficia Ecclesiastica, etiam si
manualia, & de Jurepatronatus, ut præfer-
tur, fuerint, quavis auctoritate Apostolica,
seu ordinaria, aut subdelegata eis unita, &
concessa, quæ ipsa Capitula, Collegia, Se-
minaria, Congregationes, & alia loca pia
præfata vigore unionum huiusmodi possi-
dent, illorumque annuos valores sub priva-
tionis, & aliis in literis dictorum Pii, & Six-
ti V. Prædecessorum huiusmodi contentis
sententiis, censuris, & poenis in Romana
Curia, & extra eam moneant, & requirant,
cum potestate dicta Capitula, Collegia, Con-
gregationes, Seminaria, Societates, Hospi-
talia, & alia loca prædicta.

Tribuit facul-
tatem com-
pellendi per
censuras.

§.3. Necnon eorumdem Quindennio-
rum, & iurium debitores in præsentibus
nostris literis compræhensos, etiam per Edi-
ctum publicum, confito summarie de non
tuto accessu, tam in dicta Curia, quam ex-
tra eam citandi, monendi, & requirendi,
ac eis, & aliis quibuscumque, & quoties opus fue-
rit, sub censuris, & poenis Ecclesiasticis, ac
pecuniariis eorum arbitrio ferendis, statuen-
dis, moderandis, & applicandis, ac etiam
privationis beneficiorum unitorum etiam si-
mili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad
indicandum Beneficia unita, & solvendum
Quindennia decursa, etiam si ad id in Came-
ra Apostolica non se obligaverint, confito
tamen de sortito effectu unionum, per simi-
les sententias, censuras, & poenas, etiam
per interdicti tam localis, quam personalis
appositionem per dictum Hieronymum, &
subrogandos præfatos, quoties opus fuerit
ferendas, & promulgandas, necnon fru-
ctuum, reddituum, & proventuum benefi-
cium Ecclesiasticorum, quæ ipsi debitores
possederant, pro quantitate eorum debiti,
sequestrationem, & alia opportuna juris, &
facti remedia, etiam cum invocatione auxi-
lii brachii secularis cogendi, & compellen-
di, ac in præmissis omnibus, & singulis,
etiam summarie, simpliciter, & de plano,
sine strepitu, & figura Judicii, sola facti ve-
ritate inspecta, & aliis more Camerali pro-
cedendi, ac eos qui sententias, censuras, &
poenas prædictas, ut præmittitur, incurre-
rint, ab eisdem censuris, & poenis, prævia
satisfactione, absolvendi, & liberandi, alia-
que faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in
præmissis necessaria fuerint, seu quomodo-
libet opportuna.

Non

